





F A B R I
—
C O N C I O N U M
O P U S



1



BX1756

.F3

C6

v.1

008678



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080015973

HE

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO

MATTHIÆ FABRI S. J.

CONCIONUM OPUS

I

R. P. MATTHIÆ FABRI

SOCIETATIS JESU

CONCIONUM OPUS

IN QUO INSERUNTUR CONCIONES SILVÆ NOVÆ, SEU AUCTARIÏ

TOMUS PRIMUS

PARS HIEMALIS

VOLUMEN PRIMUM

DE DOMINICIS A DOMINICA PRIMA ADVENTUS
AD
DOMINICAM TERTIAM QUADRAGESIMÆ



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Valverde y Tellez



PARISIIS

LUDOVICUS VIVÈS, BIBLIOPOLA EDITOR

13, VIA DELAMBRE, 13

1899

45288

BX 1756

.F3

CG

v.1



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

AUCTORIS PRÆFATIO

AD LECTOREM.

Ut has meas Conciones, Lector benevole, tibi communicarem, fecere imprimis viri boni et docti, qui eas vel legerunt vel audierunt. Fecit deinde plurimorum concionatorum, maxime tyronum, qui nec dicendi usu, nec librorum copia satis instructi sunt, votum et expectatio, qua SS. Conciones eo stylo et forma præscribi exoptant, qui et Germano populo quadraret et materiam suppeditaret dicendi in multos annos de quovis argumento. Arduum quidem votum, cui me fecisse satis non audeo asserere. Quis enim unus omnibus perplaceat, delicatis præsertim auribus? Verum ego non tam iis, qui vel abundant libris, vel altioribus disciplinis exculti sunt, quam aliis numero pluribus, quibus vel libri, vel tempus, vel exercitatio, vel cultiores disciplinæ desunt, subsidiariam manum præbere, quandoque viam tantum ad dicendum monstrare volui: quodque ingenue fateor, nullo verborum ornatu, neglectiore stylo; tum quod non aliis, sed mihi propriæque memoriæ juvandæ (primis præsertim annis) scripserim; tum quod existimarim neminem facile latine ad populum declamare; tum denique ut facilius et a pluribus intelligerem.

Materias Concionum, quam apte potui, ex Evangelio desumpsi, eidemque applicavi: ita denique in Dominicas et Festa digessi, ut easdem non repeterem; si quæ sæpius recurrunt (ut fit in documentis evangelicis) vel obiter tantum insinuarem, vel novis conceptibus illustrarem. Historias prolixiores paucis et compendiose ut plurimum tractavi, ne in molem opus cresceret, remitto in his Lectorem ad Catechismum historicum P. Dauroultii Colonæ impressum. S. Scripturæ sententias, cum potui, SS. Patrum sententiis illustrare volui, ut non animi mei sensa, sed veterum PP. explanationem tibi exhiberem.

Mallent forsitan aliqui vernaculam dictionem, ut apud Germanos germanice loquerer, sed non desunt altera ex parte, qui Latinam præoptarunt, tum ut apud plures intelligerem, tum ut eruditis brevior et jucundior foret lectio, tum ut Concio nervosior, cum non ex memoria sola velut vinum e vinaria cella, sed præterea ex consideratione prævioque studio veluti dapes e culina depromitur; tum ut concionator securius e

I. PARS HIEMALIS.

1.

003673